

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 23ra–23rb

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 15 [Gn. 14]

[15] ^aUxor nichil habet in bonis mariti, nisi dotalicium et vite promissionem.
Capitulum xiiii^a

Si aliquis ducit uxorem et si vir de hac luce decesserit, uxor nichil habet in bonis suis, nisi sibi dederit pro dotalicio aut vite provisionem^b pro sua vita in iudicio banito.

Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium hereditarie observare. Et cum de hac luce decedit, ad heredes revertitur sui mariti. Et si maritus mulieri nichil dederit in suis bonis, in possessione sui mariti debet permanere, et primum sibi necessaria ministrabit, quousque in vidualitate et sine marito permanere voluerit. Si vir oves habuerit, hos mulier recipiet ad suppellectile[m]. Et si pueri vellent dotalicium mulieri infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum, qui iure presentes fuerint. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quicumque ex hiis exhereditati fuerint, si moritur vir, hii pueri, {qui in heredi} qui in hereditate sunt, sed hereditatem vendere non [k. 23rb] possunt absque heredum consensu. Hii pueri, qui in hereditate patris mortui ^c sive tempore fuerint, si ex hiis unus moritur, istius partem dividunt inter se equaliter, tam hereditati, quam eciam sive domestici.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b przerobione z promissionem przez autora podstawy; ^c skreślone ręką autora podstawy

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódm, przysięga, ruchomość]